



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesv Sive Propvgnacvlvm: Pontificum,  
Conciliorum, Cardinalium, Antistitutum, nec non  
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,  
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

**Gomez, Cristobal**

**Antverpiæ, 1681**

Hieronym. Baptista de la Nuza Ep. Barbastrensis. n. 70

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38486**

Republica optime meritum, & ut bonæ famæ (quæ plurimum ad propagandum diuinæ maiestatis cultum vbiique valet) status Ecclesiastici vniuersi prospiciamus, &c. Ita apud Aules in Defensorio Soc. contra Spinum n. 288.

*Isterum de-  
fensa con-  
tra maledi-  
cum.*

*Religio in-  
signis &  
vtiles Eccl-  
esiæ Sanctæ.*

*Ignatius  
Lutheru-  
soppositus.*

*Societas  
vna ex flo-  
rentibus,  
Religioni-  
bus, quas  
habet Ec-  
clesia:*

*In Sacra-  
mentorum  
vnu sua-  
dendo, &  
Pontificis  
auctoritate  
guenda.*

69. \* A CAMILO CAETANO Nuncio etiam Apostolico in Regnis Hispaniæ, qui Religiosum quemdam de Societate male loquentem perpetua reclusioni condemnauit, & inter alia sententia verba, haec nimis honorifica protulit. Hoc (dicebat) non quia iudicemus illum malam doctrinam prædicasse, quia de hoc cognoscere ad hoc Tribunal non pertinet, sed quia sine ratione, nec causa aliqua de dictis Patribus Societatis tantum bonum Christianæ Reipublicæ inferentibus, ac de Religione adeo insigni & vtili diuino seruitio, & Ecclesiæ sanctæ, detraxit, bonamque opinionem, ac existimationem, quam populus iuste de illis habet, læsit, &c. Ita apud citat. Aules n. 413. ex Ribaden. in Hist. Prouin. Hispan. lib. 7. cap. 4.

70. AB HIERON. BAPT. DE LA NVZA ex Sacro Prædictorum Ordine, Episcopo Barbastrensi: Anno ipso (inquit) teste Genebrardo, quo Lutherus aduersus Ecclesiam Sacramentorum vsum & præcipue aduersus Sedem Apostolicam, & Romanum Pontificem suis hæresibus bellum indixit, prouidit Deus gloriosum Patrem Ignatium de Loyola, qui primo ab Apostolo Petro, deinde à cælorum Imperatrice visitatus, initium dedit fundationi instituti Sacri Societatis IESV, quæ vna est ex florentibus Religionibus, quas habet, & habuit Ecclesia, in speciali cura persuadendi Sacramentorum vsum, & in Sedis Apostolicæ, Romanique Pontificis auctoritate tuerenda. Sic ille Tom. 3. suarum Homil. super Euang. hom. 43. num. 13.

71. \* A LAVR. HVRTADO DE MENDOZA Episcopo Ianuariensi in Brasilia, in Approbat. Thesauri linguae Paraquarie Matriti typis editi, ann. 1639. per P. Antonium Ruiz, ubi ille Paraquariensis nostræ Societatis labores, feroarem, ac zelum erga Indorum conuersionem pulcherrimo penicillo depingit his verbis:  
Testor